

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ignorancia h
cum fonte primo

Vtraque cognitio, Dei scilicet et tui, tibi est necessaria ad salutem,
ita neutra carere ualeas cum salute,

Sed iam adverte, quomodo utraque cognitio sit tibi necessaria ad salutem,
ita ut neutra carere valeas cum salute.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 36.7
(SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.8, ll.8-9).

quia sicut ex noticia tui uenit in te timor Dei,
atque ex Dei noticia itidem amor,
sic econtra de ignorantia tui superbia,
ac de Dei ignorantia uenit desperatio.

Et quemadmodum ex notitia tui venit in te timor Dei,
atque ex Dei notitia Dei itidem amor,
sic e contrario de ignorantia tui superbia,
ac de Dei ignorantia desperatio venit.

Bernardus super Cantica.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 37.6
(SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.12, ll.12-14).